

XVII. In nostro Evangelio somniorum & prophetiae expressa fit mentio. Et somnia quidem quod concernit, natura-
tia & diabolica non sunt hujus loci: Divina vel fiunt se pore una
cum insomnio ab ipso Deo immisso Gen. 15.12. vel in somno natu-
rali, Deus dormientes erudit: quod genus somniorum mixtum
Iudei vocant, & tale Prophetus frequens exempla in nostro tex-
tu habemus. Non igitur possumus probare, quod Aristoteles
in lib. de divinat: per somnum (si modo ejus est) afferit, som-
nia à Deo non immitti: & si enim non omnia à Deo sint; nec ne-
cessario nocturnis semper utatur informationibus, attamen qua-
dam à Deo esse & quandoq. noctu, sed liberrime, immitti, propte-
re a negari nequit; sive id fiat immediate à Deo ipso sive medi-
antibus Angelis, & hoc ipsum enim ad Deum referendum esse su-
pra decuimus. De discrimine vero somniorum vere divinorum &
falsorum, insignis extat locus Jer. 23.25.

XIX. Prophetia latius patet, & contigit tam vigilanti-
bus, quam dormientibus; tam per visionem, quam per sermonem;
& horum utrumq. vel fuit externum vel internum: quædam
facta est sine extasi, quædam vero in extasi, ubi licet sensus ex-
terni vel & interni quiete verint, mens tamen integrâ mansit, ut
semper intelligeret & figuræ quæ obijciebantur, quin & quæ per
illas significabantur, si nō statim per se, saltem post per divinam
informationem, ut videmus in Pctro Act. 10. Erravit ergo Mon-
tanus sine intellectu prophetiam fieri dicens Epiph. hæres. 48.
1. 2. T. 1. cum omnino in visione intelligentia opus sit
Dan. 10.1. Probe quoq. naturales conjecturæ, vel diabolice præ-
stigie à divinis prophetis distinguae, quæ cū Robertus Flud
de Fluctibus Tom. 2. Tract. 1. sect. 2. Port. 1. l. 1. c. 2. per-
misceat & confundat, in Deum ipsum supremum prophetæ au-
thorem est injurius.

XIX. Porro prophetæ suas revelatores, non tantum
in privatam sed publicam quoq. totius Ecclesie utilitatem à Deo

Ff 2

acce-